

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert
Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XVI. Ordo seruorum B. Mariæ, an. 1233. in Italia inchoatus, per VII. ciues Florentinos, & mirificè auctus per S. Philippum Benitium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

LIB. I. CAP. XVI. 35 & Leodiensi monasterijs præsecti sunt Ab-

bates.

1S ac

issi-

Gru-

pro

II.

tio,

iem

in-

stea

que

uit,

ris

ro-

au-

gu-

ım-

E-

To-

nt,

nle

la-

bus

éfi

0-

CAPVT XVI.

Ordo Seruorum B. Maria, anno 1233. in Italia inchoatus, per VII. ciues Florentinos, & mirifice au-Etus per S. Philippum Benitium.

HVnc ordinem instituerunt septem ciues Florentini.

B.Bonfilius, ex clara Monaldorum familia,

B. Bonaiun ca, ex Manettis,

B. Manettus, ex familia Antella,

B. Vgucio, ex Vgucionia familia,

B. Alexius Falconerius,

B. Softhenius, ex Melioribus, &

B. Amideus, ex Amidea familia.

Atque hi quidem septem ciues Florentini, cùm in antiquo B.V. Mariæ sodalitio, Valdensium cognomento, ad Assumptionis eiusdem B. Virginis sestum celebrandum de more conuenissent, dum sacra aguntur mysteria, ita se interiùs rapi, & sanctissimæ Dei Genetrici samulandi desiderio incendi sentiunt, vt Missa peractà, qui sque socijs immissam inspirationem patesaceret, omnes si mundo valedicere, & cæterarum rerum curà abiectà, eide sanctissimæ Virgini inseruire decerner et.

C 2

Inte-

36 ORIG. ORD. S. AVGVST.

Interim donec constitutum tempus adueniat, ieiunis & orationibus dediti, vt an ex Deo hecesset inspiratio, probarent, terrenarum rerum, maxime domesticarum, curis sese expediunt: ac in ipfius Virginis Mariæ Natiuitatis festo, vt constituerant, Ardingo prius Episcopo Florentino consulto, sacraq; post exactam peccatorum confessionem, Eucharistia refecti, vestitu, quo ciues eius tempore vtebantur, deposito, vilem humilemque induunt, atque ex oratorio ad salutandum Episcopum bini, vt mos religiosis est, incedunt, tota ponè vrbe ad rei nouitatem concurrente, puerifque cos Dei Genitricis seruos vbique acclamantibus. Quod homen illis per vrbem ad eleemosynas exeuntibus; etiam ab infantium & lactentium ore prolatum (matribus enim necdum scientes loqui dicebant, vt seruis Mariæ Virginis benefacerent) ab Epifcopo eis inditum est atque à summo Pontisice confirmatum. Bonfilio autem tamquam feniori (qui primus Ordinis Generalis fuit) sibi præfecto, in montis Senarij, à Florentia nouem millibus passuum distantis, solitudinem fecedunt. cumq; eos, qui se ad eorum societatem in dies adiungebant, ægrè reciperent, inusitato prodigio ad eam augendam inflammantur. Cum enim verno tempore vitem in hortulo plantassent, ea in ipso Annunciationis B. Mariæ festo palmites vndique emissile; floruisseque, & vuam (quod mirabilius fuit) Pro-

B. Bonfilius I. Generalis. iat,

)eo

um

ex-

ui-

E-

ex-

ri-

V-

lu-

100

ota

11-

1C

ad

n-

us

-15

if-

fi

Ce-

11-

0-

m

2-

n-

1-

in

)-

t)

procreasse visa est. Sacratissima quoque Deipara noctu multis Angelis comitata, nigra indumenta, quibus in filij passionis, suæque viduitatis memoriam induerentur, ostendens, illis apparuit: & Ardingo Episcopo per quietem præcepit, vt seruos suos nigra veste contegeret,& regulam quam feruarent præfcriberet. Qui summo mane consurgens, monte conscendit, Missam celebrat, eosque sacra comunione refectos nigris vestibus, à se benedictis, induit, ac S. Augustini regulam obseruandam illis prescripsit. Bonfilius itaque cum iam inchoatæ religionis propagandæ licentiam à legatis Pontificijs impetrallet, cumque fanctitatis vitæ fama peruagante plura indies in Hetruria, Germania, & alijs locis monalteria exitruerentur, Imacentio IV. Pontifici Maximo Auenione (vbi sedes erat Pontificum) proficifcenti, Bononiæ occurrit: à quo benignè exceptus, ordinis approbationem, eiufdemque primum protectorem Guilielmum Diaconum Cardinalem, Pontificis nepotem, obtinuit. Idem Bonfilius templi Deiparę Virginis Annunciatæ celeberrimi constructionem, Bonfilio Episcopo Senensi pro Legato primum in fundamentum lapidem mittente, aggressus est. Is etiam B. Philippum Benitium in ordinem recepit & erudiuit. Denique afsiduis vigilijs, carnis macerationibus, laboribus diutinaque infirmitate confeccus, anno à Partu Virginis 1261. inchoatæ verò religionis 26. anno non sine prodigijs migrauit èvita. Nam post matutinas horas, quibus etiam insirma valetudine interesse cossueuerat, vox sanctum senem ad se vocantis audita est: ad quam fratres accurrentes, exanimem illum, splendorem vultu proferentem, & odorem suauem corpore emittentem inuenere: mox que dum illi iusta persoluere parant, voces cœlestes canentium, Subuenite Sancti Dei, exauditæ sunt. Ita tradit Philippus Ferrarius, ordinis eiusdem Doctor Theologus, in Catalogo Sanctorum Italiæ.

B. Bona- B. Bonfinio nondum ex humanis subtraiuncta. cto B. Bonaiuncta in regimine successit: &polbiennij præsecturam in Monte Senario anno

1258, pijssime obdormiuit.

B. Manettus. B Manettus, sui ordinis Præsectus Genenettus. ralis post Iacobu Senensem, à Clemente IV.
constitutus, anno 1269. in Domino sanctissis
mè obdormiuit. Cui Florentiæ in Diuz
Virginis Annunciatæ templo insigne sacellum ex marmore suit excitatum, vitæ & miraculorum eius dem historia vtrimque depicta.

. B. Amideus, miraculis pariter clarus an. 1264

B. Ami- obijt.

B. Vgucio ex Gallia, & B. Sosthenius ex B. Vgu- Germania (vbi ordinem istum fundauerant) cio. redeuntes in Monte Senario an. 1282. pijssime B. Sosthe obdormierunt: quorum animas S. Philippus nius.

Beni-

LIB. I. CAP. XVII.

Benitius per quietem in cœlum deferri vi-

è vî-

tiam VOX

: ad

um,

rem

10X-

oces

ex-

TUS,

Ca-

tra-

polt nno.

ene-

IV. iffi-

iuæ

cel-

mi-

epi-

264

ex

int)

imè

pus

eni-

B. Alexius, cum ad annum ætatis centelimum decimum peruenisset, anno 1310. bea-B. Aletam animam exhalauit. Horum corpora sub xius. ara maiore templi Montis Senarij, leptem columnis fulcita quiescunt. In quo monte viuunt hodieque quadraginta Eremitæ, cœnobio Diuæ Virg. Annunciatæ Florentino subiecti: vt idem Ferrarius tradit libro citato.

CAPVT XVII.

De sancto Philippo Benitio, V. Priore Generali ordinis Seruorum B. Maria.

PHilippus Florentiæ exnobili Benitiorum familia ortus, Lutetiæ Parisiorum medicinæ adolescens operam dedit. Reuerfus in patriam, cum Ecclesiam Seruorum (quæ Deiparæ Annunciatæ nominatur) ob fingularem erga Deiparam deuotionem frequens visitaret, qua die ea verba ex Actibus Apoltolorum, Philippe accede, & adiunge te ad currum istum, legebantur, actus in ex- Act. c.8: talim, currum aureum, quem ouis & leo trahebant, & in eo sanctissimam Matrem, comitantibus Angelis, insidentem, nigraque